



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica**

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

**Tanner, Adam**

**Ingolstadii, 1626**

Index Disputationis II. De Deo, Et Attribvtis Diuinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72856)

est pater: Hac essentia diuina est filius: Ergo filius est pater. Vbi Essentia diuina male vsurpatur, tãquã res seu terminus ita singularis, qui minimè sit communicabilis pluribus; cuius oppositum ex sola fide constat. Idem accidit in hoc syllogismo: Hic Deus generat; intellige patrem: Filius est hic Deus: Ergo filius generat, &c. Ad quæ argumenta euidenter soluenda posituè, necesse foret demonstrari, terminos illos, hæc essentia, hic Deus ita esse singulares, vt tamen sint pluribus personis communicabiles; quod est impossibile. Et hoc solum voluit Durandus q. 1. prol. num. 42. quando absolutè negauit, eiusmodi argumenta contra fidem posse euidenter solui.

Assertio III. Eadem tamen argumenta contra fidem posterioris generis, possunt euidenter solui negatiuè. Ita Caietanus hic q. 1. a. 8. Gregorius de Valentia q. 1. p. 7. Gabriel Vasquez hic disp. 1. 1. & significat ipsemet S. Thomas hic q. 1. a. 8. vt dictum. Et si negent nonnulli recentiores; qui tamè fatentur, non reperire se, qui eam sententiam expressè asserat. Probatur & declaratur. Quia ad hoc vt argumentum euidenter soluat negatiuè, non est necesse, vt aduersarij posituè redarguatur, & falsitatis conuincatur, sed satis est, vt absolutè negetur propositio fidei contraria; ac simul adducantur rationes ex comunibus fidei motiuis, quibus euidenter ostendatur, eiusmodi argumento, seu propositione opposita non obstante, oppositum multò credibilius esse, ideoque etiam illam rectè ac prudenter negari; nec quenquam ei prudenter assentiri posse; adeoque nec vllam veram euidentiam habere; ceteri quidem nec falsitas illius eui-

denter pateat. Quæ omnia necessariò sequitur ex eo, quod non obstantibus eiusmodi argumentis, fides ipsa, & opposita fidei veritas nihilominus euidenter credibilis est, veluti nitens altiori lumine; cui proinde meritò adharendum sit. Quod verò recentiores illi contrarium sentientes ad euidentem solutionem argumenti etiam negatiuam, requirunt, vt euidenter fiat, id re ipsa non concludere, sed falsum assumi, sine causa faciunt. Satis est, quod euidenter fiat, id non esse dignum fide, sed oppositum; non obstante ea, quam præferre videtur, euidentia: quo ipso iam etiam euidenter fit, id re ipsa pro demonstratione non esse habendum; adeoque hoc sensu etiam non concludere.

Ex quibus etiam facile colligitur, an & qua ratione argumenta contra fidem in actu signato dici possint solubilia. Nã generatim ac in sensu cõposito, euidenter est, argumenta contra propositiones à Deo reuelatas esse solubilia; eo ipso quod hac ratione supponitur, ea aduersari diuinæ veritati reuelati; vnde euidenter sequitur esse falsa: at verò in particulari, ac in sensu diuiso non item, nisi negatiuè, modo explicato: quia non est euidenter, oppositum huius vel illius propositionis reuelata esse falsum; licet per comunia fidei motiua euidenter sit, nihil ei contrarium esse fide dignum, vt dictum est.

Atq; hæc de principijs Theologiæ, eiusque necessitate, natura, proprietatibus & attributis, adeoque tota hac disputatione proccemiali sufficiat. Nunc ipsa Tractatione obiecti Theologiæ particulatim aggrediamur, & persequamur; quod ordine fiet sequentibus disputationibus.

## INDEX DISPUTATIONIS II.

### DE DEO, ET ATTRIBUTIS DIVINIS.

#### Quæstio I. De Existentiã ac Essentiã Dei.

Dubium I. Quæ sit notio nominis Dei.

II. An Deum esse, sit per se notum.

III. An, & qua ratione demonstrari possit, Deum esse.

IV. Quibus rationibus demonstratur, Deum esse.

V. Quæ sit ratio Essentiæ Diuinæ; & an formaliter includat Existentiã, aliasq; perfectiones quasdam Dei essentielles.

#### Quæstio II. De Attributis diuinis in genere.

Dubium I. Quid nomine attributi diuini intelligatur; & quam sit attributorum diuinorum partitio.

II. An diuina attributa tam ab essentiã diuinã, quam inter se à parte rei distinguantur.

III. An attributa diuina in se & ab essentiã distinguantur ratione, ac etiam virtualiter; & quo fundamento.

IV. Primum perfectiones diuina distinguantur solum per respectum ad creaturas; ac ratione nostrã: an etiam ratione sue intellectiõne Dei, & beatorum.

V. An diuina attributa, sint de ratione, quidditate, & conceptu diuinæ essentiæ.

VI. Primum Essentiã diuinã sit de ratione attributorum; & hæc omnia & singula de ratione & quidditate singularum.

VII. An, & qua ratione attributa tam de diuinã Essentiã, quam hæc de illis, atq; etiam illa de se mutuo præ-

dicari possint in abstracto.

#### Quæstio III. De Simplicitate, Perfectione, & Bonitate Dei.

Dubium I. An Deus omni modo sit simplex & incompositus.

II. An & qua ratione Deus sit Ens vniuersale perfectissimum.

III. An & qua ratione Deus sit summum bonum.

#### Quæstio IV. De Infinitate ac Immenstatate Dei.

Dubium I. An & qua ratione Deus sit infinitus, secundum Essentiã; & in quo hæc infinitas consistat.

II. Primum possibile sit infinitum actu; siue secundum multitudinem & numerum: siue secundum magnitudinem & extensionem: aut etiam intensionem.

III. An & qua ratione Deus sit immensus, & ubiq; præsens.

IV. Primum Deus sit etiam in spatiis aliquibus extra cælum.

#### Quæstio V. De Immutabilitate, Eternitate, & vnitatem Dei.

Dubium I. An, & qua ratione proprium Dei attributum sit, esse immutabilem.

II. In quo consistat attributum Aeternitatis; & qua ratione Dei proprium sit.

III. An & qua ratione proprium Dei attributum sit, esse vni-

Quaestio VI. De Visione & Incomprehensibilitate Dei; seu de modo cognoscendi Deum.

- Dubium I. An Deus clare & intuitiue ab intellectu creato uideri possit, & an oculis etiam corporeis: atq; in hac uita.
- II. An Deus uideatur, aut quidditatiue uideri possit, per aliquam similitudinem uel speciem creatam, seu cognitione intuitiua, seu abstractiua, etiam secundum potentiam absolutam.
- III. An intellectus creatus uidere Deum possit naturalibus uiribus; an potius indigeat ad hoc supernaturalem aliquo lumine & habitu, etiam secundum absolutam Dei potentiam.
- IV. Primum uisio effectiue procedat ab intellectu beati; & quodnam in ea re sit proprium munus luminis gloriae.
- V. An & quam ratione uidentium essentiam Dei, unus alio perfectius Deum uideat.
- VI. Primum Deus etiam comprehendere possit ab intellectu creato; & in quohac incomprehensibilitas Dei consistat.
- VII. Primum uidentium essentiam Dei necessario uideat etiam relationes, seu personas, & omnia, quae sunt formaliter in Deo.
- VIII. An à beatis in Deo, seu Verbo, uideri possint etiam creaturae, & decreta libera diuinae uoluntatis.
- IX. Quanam ratione & modo in Verbo uideantur creaturae; & unde oriatur diuersitas uisionis Creaturarum in Verbo.
- X. Quae, & quandonam à beatis singulis in Verbo uideantur creaturae.
- XI. Primum saltem per absolutam Dei potentiam à creato intellectu uideri possit Deus, non uisà uillà creaturà.
- XII. Primum per potentiam absolutam fieri possit, ut in Deo seu Verbo uideantur omnia, quae in Deo eminenter continentur.

Quaestio VII. De Ineffabilitate ac Nominibus Dei.

- Dubium I. An, & quâ ratione Deus sit Ineffabilis; & quanam sit diuinorum nominum distributio ac uarietas.
- II. An, & quanam nomina de Deo dicantur substantialiter, & ab aeterno, uel ex tempore.
- III. An communia Deo & creaturis nomina, de utrisq; uniuocè, an solum æquiuocè, uel analogicè praedicentur.
- IV. An Deus possit aliquo nomine significari quidditatiue.
- V. Quodnam nomen sit maxime proprium Deo, ceterisq; praestantius: & an nomen Dei Tetragrammaton idè sit cum illo Dei nomine, Qui est.

Quaestio VIII. De uita, Intellectu, & scientiâ Dei.

- Dubium I. An & quomodo in Deo sit scientia, uita, & ueritas; seu quâ ratione Deus sit uiuens, intelligens, & uerus.
- II. An & quâ ratione Deus cognoscat seipsum.
- III. An & quâ ratione generatum loquendo, Deus cognoscat creaturas; in seipsone, an in seipsis.
- IV. An & quâ ratione Deus cognoscat creaturas, tum existentes, tum possibiles; & num adeo etiam cognoscat infinita.
- V. An Deus cognoscat omnia futura contingentia, tum absoluta, tum conditionata.

VI. Quâ ratione Deus cognoscat futura contingentia, an immediate in seipsis; uel in causis eorum: uel ex reali eorum praesentia ab aeterno.

VII. An ea potius cognoscat Deus in seipsis, & quâ ratione: num ut in Ideâ, aut in deo eto sua uoluntatis.

VIII. An & quâ ratione Deus cognoscat non entia: atque etiam mala.

IX. Quoruplex sit scientia diuina: & quisnam in ea sit ordo respectu uariarum obiectorum.

X. Qualis sit Dei scientia; siue de attributis diuinae scientiae: & quanam scientia sit causa rerum, & practica.

XI. De concordia diuinae praesentiae cum libero arbitrio.

Quaestio IX. De Ideis Diuinis.

- Dubium I. An, & quid sit Idea in mente diuinâ.
- II. Quot, & quarum rerum Idea sint in mente diuinâ.

Quaestio X. De uoluntate Dei.

Dubium I. An & quarum rerum uoluntas sit in Deo.

- II. Quinam actus uoluntatis sint in Deo.
- III. Quoruplex sit diuina uoluntas.
- IV. Qualis sit diuina uoluntas: & quidnam formaliter sit libera Dei uolito.
- V. An sit aliqua causa seu ratio diuinae uoluntatis; & quisnam in actibus ipsis sit ordo.
- VI. An uoluntas Dei necessitatem quibusdam rebus uolito imponat: & quanam in effectibus creatis sit radix contingentiae.
- VII. An & quâ ratione generatim Deus actus liberos, & cetera quae in hoc mundo sunt, sua uoluntate praedefinat.
- VIII. Quâ ratione diuinae uoluntatis efficacia, cum q; praefinitiones, cum libertate arbitrii conciliantur: & an absoluta, ac plane antecedens praefinitio actus humani, pugnet cum libertate actus praedefiniti.

Quaestio XI. De potentia Dei.

Dubium I. An sit in Deo aliqua potentia operatiua ad extra; & quisnam in genere sit modus seu ratio concursus diuini; quo unâ cum causis secundis operatur ad extra.

- II. Sime potentia Dei operatiua ad extra formaliter ipse intellectus & uoluntas Dei; an potius perfectio ratione ab utraq; distincta.
- III. An diuina potentia sit infinita, & sera omnipotentia: & quodnam proprio sit obiectum potentiae diuinae.
- IV. Possitne Deus facere plus & meliora, quam fecerit, aut facturus sit, etiam in infinitum: idq; secundum potentiam suam quoq; ordinariam: & an possit facere tantum, quantum potest.
- V. An uti ad operationes transientes, ita etiam ad immanentes, detur in Deo potentia actiua ab illis ipsis operationibus immanentibus ratione distincta.

Quaestio XII. De Beatitudine Dei.

Dubium I. An, & quâ ratione Deus sit beatus.

- II. An beatitudo sit proprium & speciale attributum Dei, & quâ ratione ad alia diuina attributa comparetur.